

dam incunda loquuntur magis quam salutaria, quo & illud referendum est: Oleum vendere.

Aut minus animi, aut plus potentia. ἢ φροῦνίλασσον, ἢ δ' ὕψος θαυ δειμύζον.

Conuenit in feroces, quorum arrogantia non suppet aut vires. Aut in eos, qui non timent iri ut are, quem vincere non possunt.

Mendax atraphaxis. ψιδῶν πλὴν ἰσχυράφαις.

De tumidis & ventosis. Quæ quis ipse facit, hæc vicinis vitio non vertit. ἄ τις αὐτὸς ποιεῖ.

Conuenit cum illo Terentiano: Homine imperito nihil quicquam iniussus, qui nil nisi quod ipse facit reatum putat. Sunt enim qui damnant, quicquid ipsi non possunt assequi.

Suis cuique crepitus bene olet. Nemo est cui sua mala non videantur esse optima. Plato.

Ipsis placet. αὐτοῖς ἀρέσκει.

Vbi rem pararam nobis probari, aut causam nihil ad nos pertinere significamus.

Pedere thus. βδέειν λιβαρωτίν.

Accommodabitur in hos, quorum vitia placent aut ipsis aut alijs impendio amantibus. Dici etiam potest in assentatores. Aristoph.

In armis accessit. ἐπὶ τοῖς ὀπλοῖς ἀνέστηται.

In enim, qui sibi placet, sese qz quasi contempletur in armis suis. Et beductet sich der beste Mann im Korbe.

Et mea me mater Pollucem vincere dixit. καὶ ἴφαι ἀματὲρ πολυδιδύκτιος ἢ μιν ἀμείνω. Theocr. in Ecloga cui inscript. νομῆς.

Cum quis peruerso propter amorem iudicio antepositur, aut equatur qz, cum quibus minime conferendus est.

Te ipsum laudas. σάυτον ἰκαίρει.

Vbi quis sese laudat suisqz buccinatores agit. Te ipsum inspicit. μὴ τήμων, ἀλλὰ καὶ τὸ σὸν φῦλον σκοπεῖ.

Non meum, sed tuum inspicito genus. Plutarchus. Stultum est in alterum dicere, quod in se possit retorqueri.

Besibe dich selbst. Setze dich deinet Thür.

Multi te oderint si te ipsum laudas. πολλοὶ σὲ τοὶ μισοῦσι, αἰ σάυτον φιλεῖ.

Ostendit adagium, nullos minus appositos esse ad mutuum amorem ac benevolentiam, quam qui sese vehementer amant.

Sine rituali diligere. Qui stulte mirantur, quod nemo alius concupiscat, sine rituali diligere dicuntur.

Non est beatus, esse qui senesciat. Innuit haud esse satis, ut ad sit felicitas, ni felicitatem tuam intellexeris. Virgil.

Fortunatos nimis sua se bona notant. Agricolas.

Azolos xlabos. Vocabatur, cum quis suas artes ignoraret, Felicitatis vero haud minima pars est, ut sua quisque norit bona.

EMBLEMA.

Philautia.

Emblema LXIX. Andreæ Alciati.

Quid nimirum tua forma tibi Narcisse placebat, In florem & nota est versa stuporis olus. Ingenti est marcor, cladesqz Philautia, doctos Qua pessum plures datqz deditqz viros. Quis iterum abiecit a met hodo, noua dogmata quarunt, Nilqz suas prater tradere phantasia.

HIEROGLYPHICVM.

Quo sit in prolem suam affectu Simia, vulgo notum est. Hinc illud oritur hieroglyphicum, ut Suffenos Catullianor seu stolidor sui admiratores per sciam Simiam apte significari posse nonnulli contentant. Pier Val lib. 6. pag. 598.

Vide supra, Amor sui.

Philosophia.

DEFINITIO ET ETYMOL.

Philosophia, Græca dictio est, φιλοσοφία, us. n. Est amor scientiæ, secund. Aug. lib. 4. de Ciuitate Dei. & eundem contra Academicos & Boetium in Arithmetica. Componitur autem ex φίλος, us, quod est amicus, & σοφία, us, n. quod est sapientia. Habet autem sophia penult. corrept. Martialis.

Cum tibi sic sophia par curâ, & cura deorum.

Hebræi philosophiam appellant Cochmah, id est, sapientiam rerum diuinarum & humanarum: à verbo Cochmah, Sapuit mente, sapiens fuit, sapienter egit, fuit præditus sapientia. Hinc per inuersionem radices est μάγος, magus, sapiens, arcanorum diuinorum interpret: & μαγία, quam Perisæ acceperunt pro sapienti perfecta que

rerum naturalium cognitione, vnde & magi ab illis appellabantur, quos Græci philosophos vocant, latini Sapientes. Vide Matth. 2. v. 1. & c. Postquam verò magi apud Perlas diuini cultus prætextu, legibus omnibus veritas artes exercuissent, in tantum aucta est eorum vanitas, vt non solum obseruatione siderum futura prædicere, sed actibus quibusdam & maleficiis, se omnia scire & facere posse profiterentur. Cachasch, sapiens, magus, industrius, in rerum diuinarum & humanarum cognitione exercitatus. Cachama, mulier sapiens, industria. Vide Proverb. 10. 1. 8. 14. Eccl. 2. 14. Exodi 35. 25. 2. Sam. 16. Pro. 14. 1. Vide Sapientia.

LOCI BIBLICI.

Philosophia in rebus Dei fallax. Coloss. 2. 8. ideoque damnatur ab Apostolo non simpliciter, vt qui principiis cum vera philosophia communibus sepe utatur, methodum quam accuratissime obseruet, philosophiam veram Dei donum esse sciat, & Episcopum velit esse θεοτομῆντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, id est, qui recte sermonem veritatis secet; 2. Tim. 2. 15. (quod sine mediocri liberalium artium & philosophiæ cognitione fieri non potest) sed κατὰ τι quatenus nimirum illa sese intra fines suos non continet, nec ad gloriam Dei fertur.

PATRYM SENTENTIÆ.

Si quæ vera philosophi dixerunt, ab eis sunt tanquam ab iniustis possessoribus vendicanda in vsum nostrum. August. libr. 2. de doctr. Christiana.

Non est religio à philosophis querenda qui eadem sacra recipiebant cum populis, & de suorum deorum natura ac summo bono, diuersas contrariasque sententias in scholis perionabant. lib. de vera relig.

Philosophi eo damnabilius colebant idola, quo illa quæ mendaciter agebant, sic agerent, vt cum populo veraciter agere existimarentur. De ciuitate Dei.

Res siquidem monstruosa est, philosophus curialis: & dum vtrumque esse affectat, neutrum est, eo quod curia philosophiam excludit, & ineptias curiales philosophus vsquequaque non recipit. Chrysostomus lib. 1. de nugis curialium.

Quicumqz scientiam contingere cupit, si relicta veritate artium, reliquis se implicare voluerit, materiam laboris, vt ita dicam, infinitam plurimamque inueniet, & fructum exiguum: quapropter mihi videtur primum operam dandam esse artibus: vbi fundamenta sunt omnium, & pura simplexque veritas aperitur, & ideo erant, qui relictis artibus, qualdam sibi scientias eligunt, in quibus se posse fieri perfectos putant. Hug. in didasc. lib. 3.

In philosophis enim fuit venerabilis imago virtutis, cum sine fide & dilectione virtutis substantia esse non possit, & vtiuam, inquit, inueniatur in nobis, qui virtutis imaginem teneat. Quis umbras virtutum induit, quibus videmus floruisse gentiles? Quis enim Themistoclis diligentiam, Frontonis gravitatem, Socratis continentiam, Fabricii fidem, pudicitiam Scipionis, longanimitatem Vlyssis, Catonis pietatem imitatur? qui quasi quædam sæculorum suorum sydera splenduerunt, tempora sua illustrantes: Sed quia Christam non cognouerunt, in cogitationibus suis superbia tumescentes, vera humilitate carentes, humanam gloriam appetentes, & seipsos esse sapientes æstimantes, & dicentes, stulti facti sunt ibid. 2.

O felicitas antiquorum tempora! in quibus ipsi Imperatores mundum regentes seipsos philosophiæ dederunt, vt patuit de Alexandro Macedone, de Iulio Cæsare, de Ptolomæo rege. Cuiuslibet enim regni gloria creuit in immensum, quam diu artium liberalium studia in ipso floruerunt. Victoria enim militiæ, & gloria, & philosophia simul creuerunt. Et merito, quia philosophia vera docet iuste & recte regnare. Per me enim reges regnant, ait Sapientia. ibid.

Piscis fortasse philosophos vocat, qui huius mundi naturam erratica curiositate pertractant: nam sicuti illi posita fronte itinera sibi rescant, pelagi inundatione confusa, ita & isti capite demisso venas rerum ratione humana assiduo labore perquirunt Cassin. Psal.

Astrologiam sacrilegâ summâ intentione fugitamus, quam etiam nobilium philosophorum iudicia damnauerunt.

Diuina eruditio dialecticam, in qua omnis loquendi ratio continetur, non desiderat, quia non in lingua, sed in corde sapientia est, nec interest quali vtare sermone Res tamen non verba queruntur: & nos non de Grammatico, aut Oratore, quorum scientia est, quomodo loqui deceat, sed de sapiente differimus, cuius doctrinæ est, quomodo viuere oporteat. Quod si neqz physica illa ratio necessaria est, neqz hæc logica, quia beatum facere non possunt: resiat vt in sola Ethica totius philosophiæ vis contineatur, ad quam se abiecit omnibus. Socrates contulisse dicitur, in qua etiam parte, quoniam philosophi errauerunt, qui summum bonum, cuius capiendi gratia generati sunt, non comprehenderunt, apparet falsam esse & inane omnem philosophiam, quia nec instruit ad iustitiæ munera nec officium hominis rationesque confirmat. Lac. Firm. lib. 3.

POETICÆ SENTENTIÆ.

De VII. Sapientibus.

Ἐπισσοφῶν ἐρήμικατ' ἔπος πάλιν ὀνομα Φωνῆν. Μίτρον μιν κλιόσθαλος ὁ λόγος ἐπέπ' ἀρεῖται.

Χάλω

Philosophia vero omnium artium... Philosophia paucis cont... Philosophia paucis cont... Philosophia paucis cont...